Falkowski Debitum.

Coram officio et Actis pntibus Castren Capitan Boransen plr comparens Nlis Albertus filius olim Alberti Warpech Sanus mente et corpore expns palam publice ac libere recognovit Quia Nli Petro olim Stanislai Falkowski et ejus successoribus Quindecim florenos Colon debitos certos et liquidos tenere ac debere et pro Dominica Ramispalmarum proxe Ventura soluere se de Omnibus Bonis cum successoribus suis submittit et inscribit sub Vadio simili aliorum Quindecim florenorum Colon in defectu solutionis pro tempore praefixo absoluendum succumbendo Et Coram officio pntis Castren Boransen in primo Cautionis Termino peremptorio desponsione ac satisfactione Omnibus in Vniversum iuris remedys et defensionibus se et suos successores abscribendo et abrenunciando.

Zebrowski Quietatio.

Coram officio et Actis pntibus Castren Capitan Boransen plr comparens Nlis Josephus Zebrowski olim Leonardi Sanus mente et corpore expns palam ac libere recognovit Quia sibi Nlis Bartholomeus Zebrowski frater germanus ex obligatione bonorum immobilium in bonis Zebry consisten sibi per eum inscripta duas sexagenas Colon persoluit ideo ipsum quietat et de bonis ex nunc condescendit.

Sokoly intromissio.

Ministerialis Generalis Regni Vna cum Nlibus Jacobo et Martino Sokolowskie me Coram officio pnti plr stans publice recognouit Quia feria Sexta post festum Sancti Mathei Apli in anno pntis condescendendo ad bona Sokoly Ecclesiastica et Rusi ibidem Nlem Thomam olim Martini Sokolowski in bona certa et subditum Laboriosum Petrum Szymanczuk ipsi per Nlem Joannem Kostro Camerarium Terrae Bielscen nomine Nlis Evae Baykowska Consortis sue Coram Actis pntibus in Octuaginta florenos Colon inscriptis eorundemque bonorum Cunctas Vtilitates et attinen ac obedientiam subditi ex libera admissione Vtriusque coniugum ac nemine alio tam in bonis quam hic circa Acta repugnante intromisit investivit et in pacificam possessionem contulit.

C. Bystrzycki Quietatio.

Coram officio et Actis pntibus Castren Capitan Boransen plr comparens Nlis Andreas filius Nlis Stanislai Cruszewski nomine eius tum Parentis sui a quo pacem cauet Sanus mente et corpore expns palam ac libere recognovit Quia Generosum Christophorum Bystrzycki Burgrabium Castri Boransen de restitutione Equi Coloris gniady circa depabulationem frumentorum abacti et Nlem Thomam Sigismundi Sokolowski quietat et liberum facit Actae sua personali recognitione in pntibus mediante.